Habes inchoacionem vinee domini secundum ewangelium. Si ergo primo mane in pueritia te neglexisti et ab infancia sicut dignum est domino non servivisti. Ecce dominus vocat te hora tercia in adolescencia que durat ab anno quintodecimo usque ad annum vigesimum quintum. Si in hac etate tu sendisti et venire renuisti. Ecce dominus vocat te hora sexta quod est in iuventute que durat ab anno vigesimo quinto usque ad annum quadragesimum nonum. Si vero hac etate neglexisti et hunc usque ociosus stetisti. Sed vide quod ne feceris ne tempus iuventutis ociosus pertranseas. Sed considera periculosum statum hominis. quia raro aliqui nunc perveniunt usque ad senectutem. raro enim aliquid boni tunc operari potest quia sepius insultat gravius infirmitas aut corporis molestia. aut cura cum variis impedimentis. nunc nunc nunc est tempus

aur